ius uos operosa saxis sepulchra premunt. cum uestris opibus fortasse arsuros. Parcite queso parcite saltim diuiciis quas amatis; Cur et mortuos uestros auratis obuolutas uestibus? Cur ambicio inter luctus lacrimasque non cessat? An cadauera diuitum nisi in sirico putrescere nesciunt? Obsecro quicumque hec legis ut ieronimi peccatoris memineris: cui si dominus optionem daret multo magis eligeret tunicam pauli cum meritis eius. quam regum purpuras cum regnis suis;

Narratio sancti Jeronimi presbiteri de captiuo monacho:

Qui nauali prelio dimicaturi sunt. ante in portu et in tranquillo mari flectunt gubernacula. remos trahunt. ferreas manus et uncos preparant. dispositumque per tabulata militem pendenti gradu et labenti uestigio stare firmiter assuescunt. ut quod in simulata pugne didicerint in uero certamine non pertimescant; Ita et ego qui diu tacui silere quippe me fecit cui meus sermo supplicium est: prius exerceri cupio in paruo opere et ueluti quandam rubiginem lingue abstergere: ut uenire possim ad hystoriam latiorem. Scribere enim disposui si tamen dominus uitam dederit: et si uituperatores mei saltem remotum me et clausum persequi desierint: ab aduentu saluatoris usque ad nostram etatem idest ab apostolis usque ad huius temporis fecem quomodo et per quos christi ecclesia nata sit. et adulta persecutionibus creuerit. martyriis coronata sit et postquam ad christianos principes uenerit

potencia quidem et diui
ciis maior sed uirtutib;
minor facta est; Verum
hec alias nunc quod im
minet explicemus; Aro
nas triginta ferme mi
libus ab anthiochia ur
be siue haut grandis in
cultus adorientem distat
hic post multos uel do
minos uel patronos dum
ego adolescentulus mo
rarer in syria ad pape e
uagrii necessarii mei pos
sessionem deuolutus est
quem idcirco nunc nomina
ui ut ostenderem unde
nossem quod scripturus sum;
Erat illic senex quidam
nomine malcus quem
nos latine regem pos
sumus dicere; sirus na
cione et lingua et ut re
uera eiusdem loci indige
na; Anus quoque in eius
contubernio ualde decre
pita; et iam morti proxi
ma uidebatur; tam stu
diosi ambo religionis
et sic limen ecclesie tere

tes ut zachariam et eliza
beth de euuangelio cre
deres; nisi quod iohan
nes in medio non erat;
De hys cum curiose ab
accolis quererem quenam
esset eorum copula ma
trimonii sanguinis an
spiritus omnes uoce con
sona sanctos et deo pla
citos et mira nescio quid
respondebant; Qua cu
piditate illectus adors
sum hominem et curio
sius sciscitans rerum fidem
hec ab eo accepi; Ego
inquid mi nate nizibeni
agelli colonus solus pa
rentibus fui; Qui cum
me quasi stirpem generis
sui et heredem familie
sue ad nuptias cogerent
monachum me pocius
esse uelle respondi; Quan
tis pater minis quantis
mater blandiciis persecuti
sunt ut pudiciciam per
derem; hec res sola indi
cio est quod et domum et
parentes fugi; Et quia

ad orientem ut non pote
ram propter uicina per
sidem et romanorum
militum custodiam ad
occidentem uerti pedes
paruillum nescio quid
portans uiatici. quod me
ab inopia tantum defen
deret; Quid multa. Per
ueni tandem ad heremum
calcidos. que inter immas
et beriam magis ad au
strum sita est: ibi repertis
monachis eorum me ma
gisterio tradidi. manu et
labore uictum queritans.
lasciuiam quoque carnis refre
nans ieiuniis; Post mul
tos annos incidit michi
cogitatio ut ad patriam
pergerem et dum adhuc
uiueret mater iam enim
patrem mortuum audi
eram solarer uiduitatem
eius. et ex inde uenunda
ta possessiuncula partem
erogarem pauperibus
ex parte monasterium con
stituerem; Quid erubesco
confiteri infidelitatem ŋ

meam partem in sump
tuum meorum solacia re
seruarem; Clamare hoc
cepit abbas meus dya
boli esse temptationem.
et sub honeste rei occasi
one antiqui hostis astu
tias hoc esse canem re
uerti ad uomitum suum
sic multos monachorum
esse deceptos numquam
dyabolum aperta fronte
se prodere; Proponebat
michi exempla de scrip
turis plurima. inter que
illud ab initio quod adam
quoque et euam spe diui
nitatis supplantauerit;
Et cum persuadere non
posset. prouolutus ge
nibus orabat ne se de
sererem. ne me perderem,
ne aratrum tenens post
tergum respicerem; Ve
michi misero. uicia pessi
ma uictoria reputans
illud non meam utilita
tem sed suum solacium
querere; Prosecutus er
go me de monasterio

quasi funus efferret. et
ad extremum uale dicens.
iudeo ait te fili satane
notatum cauterio; Non
quero causas. excusati
onem non recipio. Ouis
que de ouili egreditur.
lupi statim morsibus
patet; De beria edissam
pergentibus uicina est
publico itineri solitudo.
per quam sarracenj in
certis semper sedibus
huc atque illuc uagantur;
Que suspitio frequenti
am in illis locis uiatorum
congregat. ut iminens
periculum auxilio mu
tuo declinetur;

Erant in comitatu
meo uiri. ac mulie
res. senes. iuuenes. par
uuli numero circiter sep
tuaginta; Et ecce subito
equorum camelorumque
sessores hismahelite ir
ruunt crinitis. uittatis
que capitibus ac seminu
do corpore pallia et latas
gallicas trahentes. pen
debant ex humero pha
retre et laxos arcus ui
brantes. hastilia longa
portabant; Non enim ad
pugnandum sed ad pre
dandum uenerant; Ca
pimur dissipamur et in
diuersa distrahimur; Ego
interim longo post limi
nio hereditarius posses
sor et sero mei consilij pe
nitens. cum altera muli
ercula in unius heri ser
uitutem sortito uenio. Du
cimur. immo portamur
sublimes in camelis. et
per uastam heremum semper
ruinam timentes heremus
potius quam sedemus;
Cibus semicrude carnes.
et lac camelorum potus
erat; Tandem grandi am
ne transmisso peruenimus
ad interiorem solitudinem.
ubi dominam eiusque libe
ros ex more gentis ado
rare iussi ceruices flectimus;
hoc quasi clausus carce
re mutato habitu. id est
nudus ambulare disco;

Nam aetas quoque interim
periens preter pudicitiam
nichil aliud uelari patie
batur; Traduntur michi
pascende oues et in malo
rum comparatione hoc
fruor solatio quod domi
nos meos conseruos me
os rarius uideo; Videbar
michi habere aliquid sancti
Iacob recordabar moysi.
qui et ipsi in heremo pe
corum quondam fuere
pastores; Vescebar recen
ti caseo et lacte orabam
iugiter canebam psalmos
quos in monasterio didi
ceram: delectabat me cap
tiuitas mea agebamque
dei iudicio gratias quod
monachum quem in pa
tria perditurus fueram:
in heremo inueneram; O
nichil unquam tutum
apud dyabolum. o mul
tiplices. et effabiles
eius insidie sic quoque me
latentem inuenit inuidia;
Dominus uidens gre
gem suum crescere nichilque

in me deprehendens frau
dulentie. sciebam enim
apostolum precepisse. do
minis sic quasi deo fide
liter seruiendum: et uo
lens me remunerare quo
fidum sibi magis faceret.
tradidit michi conseruam
illam aliquando mecum
captiuam; Et cum ego re
futarem dicerem que me
christianum nec michi li
cere uxorem uiuentis ac
cipere siquidem captus
nobiscum uir eius ab do
mino alio fuerat abduc
tus herus ille implacabi
lis in furorem uersus eua
ginato me cepit petere
gladio et nisi festinus
brachio tenere mulierem
preoccupassem ilico san
guinem fudisset;

Iam uenerat tenebrosi
or solito et michi nimi
um matura nox: duco in
speluncam semirutam
nouam coniugem et pro
nubente nobis tristicia
uterque detestabamur al

teruitium nec fatemur;
Tunc uere sensi captiuita
tem meam: prostratus
q; humo monachum ce
pi plangere quem pde
bam dicens; huccine mi
ser seruatus sum. ad hoc
me mea scelera perduxe
re ut in canescente iam
capite uirgo maritus fi
erem: Quid prodest pa
triam parentes rem fa
miliarem contempsisse
pro domino. si hoc faci
o quod ne facerem illa
contempsi nisi quod for
te propterea hec sustine
o quia rursum patriam
desideraui: Quid agim
anima? Perimus an ui
cimus; Expectamus ma
num domini. an ppio
mucrone confodimur:
Verte in te gladium: tua
magis mors quam cor
poris timenda est; hab;
et pudicitia seruata mar
tirium suum: iaceat in
sepult' xpisti testis in he
remo: ipse michi ero et
persecutor et martyr; Sic
fatus: eduxi in tenebris
gladium et acumine con
tra me uerso uale inquio
infelix mulier habeto me
martyrem pocius quam
maritum; Tunc illa pro
uoluta pedibus meis. e
go inquid per ihesum p
hui' hore necessitate rogo.
ne effundas sanguinem
tuum uel si mori placet i
me primum uerte mucro
nem. sic nobis pocius cō
iungamur; Et iam si uir
meus ad me rediret ser
uarem castitatem quā
me captiuitas docuit:
uel interirem antequam
pderem; Cur moreris ne
michi iungaris: Ego mo
rerer si iungi uelles; ha
beto ergo me coniugem
pudicicie. et magis ani
me copulam amato quā
corporis; Sperent domi
ni maritum: xpistus no
uerit fratrem; Facile p
suadebimus nuptias: cū
nos uiderint sic amare;

Fateor obstupui: et ammiratus uirtutem femine coniugem plus amaui. Numquam tamen illius nudum corpus intuitus sum: numquam carnem tetigi timens in pace pdere quod in prelio seruaueram. Transeunt in tali matrimonio dies plurimi. Amabiliores nos dominis fecerant nuptie simulate. Nulla fuge suspicio: interdum et mense toto aberam fidus gregis pastor per solitudinem. Post grande interuallum dum solus in heremo sedeo et preter celum et terram nil uideo cepi mecum tacitus uoluere et inter multa monachorum quoque contubernia recordari. maximeque uultus patris mei qui me erudierat. tenuerat. pdiderat. Sicque cogitans aspicio formicarum gregem angusto calle feruere. uideres onera maiora quam corpora. Alie herbarum quedam semina forcipe oris trahebant: alie egerebant humum de foueis et aquarum meatus aggeribus excludebant. Ille uenture hyemis memores. ne madefacta humus in herbam horrea uerteret illata semina precidebant. he luctu celebri corpora defuncta portabant. Quodque magis mirum esset in tanto agmine egrediens non obstabat intrantibus: quin potius si quam sub fasce et onere concidisse uidissent suppositis humeris adiuuabant. Quid multa: Pulchrum michi spectaculum dies illa prebuit. Unde recordatus salomonis ad formice solertiam nos mittentis et pigras mentes sub tali exemplo suscitantis. cepi tedere captiuitatis. et monasterii cellulas querere et formicarum illarum sollicitu

dinem desiderare ubi la
boratur in medium et
cum nichil cuiusquam
proprium sit. omnium
omnia sunt; Regresso
ad ovile occurrit muli
er. tristiciam animi vultu
dissimulare non potui;
Rogat cur ita examina
tus sim. audit causas
hortor ad fugam. nō as
pernatur; Peto silencii fi
dem tribuit. et uigi su
surro inter spem et metū
medii fluctuamus; Erant
michi in grege duo hirci
mire magnitudinis. quib;
occisis utres facio eorūq;
carnes uiatico preparo.
et primo uespere putan
tibus dominis nos se
creto cubitare inuadim᷑
iter: utres et partē car
nium portantes; Cūq;
peruenissemus ad flu
uium. nam decem mili
aribus aberat inflatis
et ascensis utribus aqu̅s
nos credimus: paulatī
pedibus subremigan

tes ut deorsum flumine
deferente. et multo longi
us quam conscenderamus
in alteram nos exponente
ripam ut uestigium sequē
tes perderent; Sed inter hec
madefacte carnes et ex parte
lapse uix tridui cibum pol
licebantur; Bibimus usq;
ad sacietatem: future nos
siti preparantes; Currimus
post tergum semper aspi
cimus: et magis noctibus
promouemus. uel propter
insidias late uagancium
sarracenorum: uel propter
ardorem solis nimium;
Paueo miser etiam refe
rens securus: toto tamen
corpore perhorresco post diē
tercium dubio aspectu p
cul respicimus: duos ca
melis sedentes uenire cō
cite: statimq; mens mali
presaga putare dominū
cepit: meditari mortem.
solem cernere nigrescentē.
Dumq; timemus et uesti
giis per arenas nos pdi
tos intelligimus: offert

ad dexteram specus. longe sub terram penetrans. Igitur timentes uenenata animalia. solent quippe uipere. reguli. et scorpiones. ceteraque huiusce modi feruorem solis declinantes umbras petere. Intramus quidem speluncam: sed statim in ipso introitu sinistre nos credimus fouee. nequaquam ultra progredientes ne dum mortem fugimus incurramus mortem. illud que nobiscum reputantes si dominus iuuat miseros habemus salutem si despiciat peccatores habemus sepulcrum. Quid putas nobis fuisse animi. quid terroris cum ante specum haut procul starent dominus et conseruus et uestigio indice iam ad latebras peruenissent; O multo grauior expectata quam illata mors; Rursus cum timore et labore balbutit lingua. et quasi clamante domino muti re non audeo; Mittit seruum ut nos de specu protrahat ipse camelos tenet: et euaginato gladio nostrum expectat aduentum. Interea tribus ferme uel quatuor cubitis intro gresso famulo nobis ex occulto tergum eius uidentibus nam oculorum huiusmodi natura est ut post solem umbram intrantibus ceca sint omnia. uox antrum sonat; Exite furciferi: exite morituri; Quid statis. quid moramini; Exite dominus uocat; Adhuc loquebatur: et ecce per tenebras aspicimus leenam inuasisse hominem. et gutture suffocato: cruentum intro trahere; Ihesu bone quid tunc terroris nobis. quid gaudii fuit. Spectabamus hostem nostrum perire domino nesciente; Qui cum uideret illum moras facere: suspicatus uni duos

resistere. sed et iram differ
re non ualens. sicut tene
bat gladium ad spelun
cam uenit. et clamore ua
lido seruum increpans socor
diam prius a fera teneri is
est quam nostras latebras
penetraret. Quis hoc cre
deret unquam. ut ante
os nostrum pro nobis
bestia dimicaret. Sub
lato autem illo metu si
milis ante oculos nostros
uersabatur interitus.
nisi quod tucius erat le
onis rabiem quam iram
hominum sustinere. Pa
uemus intrinsecus. et ne
mouere quid est nos au
si prestolamur euentum
rei inter tanta pericula
pudicicie tantum consci
encia pro muro septi. lee
na insidias cauens et in
sam se esse senciens ap
prehensum mordicus catu
lum matutina effert. no
bisque cedit hospicio. Nec
tamen satis creduli statim
erumpimus. sed expecta
mus diu. et egredi cogitan
tes illius nobis semper
figuramus occursum.

Sub tali ergo terrore et
illa transacta die exi
mus ad uesperam. uidemus
que camelos quos ob nimi
am uelocitatem dromeda
rios uocant. pretentos a
bos in ore reuoluere. et in
alio missos iterum retra
here. Quibus ascensis ex
noua sitarcia refocillati.
decima tandem die ad ro
mana castra per desertum
peruenimus. oblatique tribu
no rei ordinem pandimus.
Inde transmissi ad sabini
anum mesopotamie du
cem. camelorum accepimus
precium. et quia iam ille
abbas meus obdormie
rat in domino. ad hec de
latus loca me monachis
reddo. hanc trado uirgi
nibus. diligens eam ut
sororem. non tamen me
ei credens ut sorori. Hec
mi senex malcus adolescen
tulo retulit. hec ego uobis

narrauit senex castis hysto
riam castitatis expono. uir
ginibus uirginitatem
custodire exhortor; Vos
narrate posteris ut sciant
inter gladios inter deser
ta. et bestias pudiciciam
numquam esse captiuam.
et hominem xpisto dedi
tum posse mori non supe
rari; **Incipit prologus bea
ti Jeronimi presbiteri in uita
sancti hylarionis;**

SCripturus uitam
sancti hylarionis
habitatorem eius inuoco
spiritum sanctum: ut qui
illi uirtutes largitus est:
michi ad narrandas eas
sermonem tribuat. ut fac
ta dictis exequentur; Eorum
enim qui fecere uirtutes
ut ait crispus tanta habe
tur quantum ea uerbis
potuere extollere preclara
ingenia. Alexander mag
nus macedo quem pardum
uel hyrcum caprarum dani
el uocat cum ad achillis
tumulum peruenisset feli

ce te ait iuuenis qui mag
no frueris precone meri
torum. homerum uidelicet
significans; Porro michi
tanti ac talis uiri conuer
satio uitaque dicenda est.
ut homerus quoque si ad
esset uel inuideret mate
rie uel succumberet; Quam
quam enim sanctus epi
phanius salamine cipri
episcopus qui cum hyla
rione plurimum conuer
satus est: laudem eius
breui epistola scripserit
que uulgo legitur: tamen
aliud est locis communi
bus laudare defunctum.
aliud defuncti proprias
narrare uirtutes; Unde
et nos fauore magis
illius quam iniuria cep
tum ab eo opus aggre
dientes maledicorum
uoces contempnimus:
qui olim detrahentes
paulo meo. nunc forsi
tan detrahunt et hyla
rioni; Illum solitudinis
calumpniati: hunc obici